



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

12. Excommunicari nemo potest, nisi vocatus, si excessus non est
notorius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

An ipso facto sententiam excommunicationis incurrens, debeat sine aliquo processu, vel causæ cognitione excommunicatus publicari. Videtur quod sic, per dictam clem. fin. ubi Papa iubet in princip. & iussio Papæ obligat ex præcepto, ut ibi gloss. in verb. jubemus.

22 † Tamen nemo debet ad publicationem excommunicationis procedere, nisi parte vocata. gloss. in ead. clem. fin. in verb. consistit, in clem. 1. in ver. quæ sit, circa fin. & in clem. 2. in verb. consistit, de pæn. & Rot. dec. 2. in fin. de dol. & contum. in nov. & hæc procedunt in dubio, sed in claris si notorie constaret de in cursu excommunicationis per exactorem pedagij publice, ita quod notorium esset, nulla præcedente monitione, posset publicari. Innoc. in c. 1. num. 5. de offic. deleg. Abb. in cap. parochianos, numer. 2. vers. concordo sic, de sent. excommunic. & Felin. in cap. sacrosanct. num. 3. eod. tit.

23 † Notoria enim dicuntur, quæ per confessionem, vel probationem legitime nota sunt, aut per evidentiam rei, quæ nulla possit tergiversatione celari, cap. final. in fin. de cohab. cleri. & mul. & cap. cum olim, de verb. signif. Et quamvis pedagium sit præstatio, quæ fit à transeuntibus pro persona, vel rebus, quæ vehuntur, aut portantur, gloss. in c. super quibusdam, in verb. pedagium de verb. signif. & vectigal à pedagio differat nomine, ut post Joann. Andr. Abb. in cap. innovamus, num. 3. de censibus, Paul. de Castr. in l. 1. nu. 2. ff. de public. tenet Felin. in c. Ecclesia S. Mariz, nu. 106. de constit. pedagium tamen, & vectigal idem important, ut ibi Abb. & tam exigentes pro personis, quam pro rebus proprijs eandem pœnam incurunt. Quæ solum procedunt pro rebus

proprijs clericorum, non autem pro rebus, quas clerici emissent, & animo negotiandi portarent, pro quibus cessat privilegium, argumento à contrario sensu, clem. fin. de cens. & ibi gloss. in verb. non negotiand. Specul. de immunit. Eccles. in fin. Felin. in d. cap. Ecclesia S. Mariz, num. 105. & Fed. de sen. cons. III. num. 10. vers. immo si clericis.

Quid autem, si clericus vendidit granum, vinum, aut alios fructus ex prædijs ecclesiasticis relictos, an emptor sit immunis à solutione pedagij. Et videtur, quod sic, quia, cum prædia ecclesiastica, & eorum bona sint exempta, debent dicto privilegio exemptionis gaudere, quia sequuntur conditionem personarum. Abb. cons. 6. numer. 2. par. 1. tamen contrarium est verum, 14 † nam immunitas clericorum à pedagij, & gabellis fuit concessa favore personarum ex supra deductis, & non transit ad emptorem. gloss. in d. clem. si in verb. non negotiandi, & Fed. d. num. 10. quia mutatione personæ mutatur conditio rei l. per procuratorem. in fi. & ibi Bald. in princ. ff. de acquir. hered. & licet clerici de fructibus luarum præbendarum non solvant gabellam, ementes tamen huiusmodi fructus illam solvere tenentur, quemadmodum ementes à fisco, non obstante privilegio fisci, solvere debent. Bart. in l. luscio §. fin. de publica. † Si autem inter levatorem pedagij, & delatorem sit questio, ut quia ille negat, delatorem rem esse clericum, vel dicit, res deferri negotiationis causa, vel res illius non esse, unde grave esset semper iudicem adiri, pro fide huius rei recipienda est committendū juramento 15 S deferen-